

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

Priscianus

[Venedig], 15. Dez. 1481

Liber .xiiii. de præpositione

[urn:nbn:de:bsz:31-324175](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324175)

tertia dicantur ad secundam : ea est enim ad quam naturaliter interro-
 gatio dirigitur non possunt habere uocatiuos : qui proprii sunt secun-
 da: alius quoque caret uocatio cum abnegationem habet tam pri-
 ma quam secunda. **D**icimus enim neq; ego : neq; tu : sed alius igitur
 quod caret demonstratione presentis : uocatiuum habere non potest .
Ergo nec pronomen hoc esse certum est . **N**on solū enim nō sunt perso-
 nas : sed etiam abnegationem habet finitarum . **T**ertiam quoque incer-
 tam significat : quod est illi pro qualitate : & quod in a priori solent dici
 quam in duobus : pronomina loco nominum accipiuntur priorū
Ut Cicero scribit : idem recitat : & unum & idem significat . **S**in uero
 dicam : Cicero scribit & alius recitat : non est eadē persona . **I**llud quo-
 que arguit hoc non esse pronomen quod ipse omni potest subiici prono-
 mini : ut ego ipse tu ipse ille ipse non tamen etiam alius ipse dicimus .
Alter quoque & uter : & quae ex eis componuntur : & ambo uocatiuos
 habere non possunt cum partiuntur uel referuntur : quod autē partitur
 in diuersis est personis : uocatiuus autem ad unā dirigi uult personā
Itaque in his esse non potest quae partiuntur . **Q**uid est enim uter nisi
 ego uel tu : siue tu uel ille . **S**imiliter alter ex me & te : uel te & illo . **Q**uo-
 modo ergo in significatione diuersarum personarum possit esse uoca-
 tiuus : qui ad unam pertinet solam secundam . **R**elatiua quoque cum
 demonstratione carent uocatiuum habere nō possunt : ut ambo uter
 que alter uter : ullus etiam & nullus cum semper in abnegatione poni-
 tur : & nemo caret uocatio .

Liber .xiiii. de praepositione.

QUONIAM DE OMNIBVS VTPOT VI DE
 clinationibus supra differui : est de nomine & uer-
 bo & participio & pronomine : nūc ad indeclinabi-
 lia ueniam : quae iure extrema ponuntur . **E**a enim
 sine illis sententiam complere non possunt . **I**lla au-
 tem sine istis sapissime complent : **I**taque cum
 mihi uideantur praepositionem ceteris indeclina-
 bilibus graecorum doctissimi praeposuisse . & maxime apollonius : cu-
 ius auctoritatem in omnibus sequendam esse putavi : ego quoque ab
 ea incipiam . **N**omini enim : quae principalis est omnium orationis
 partium : & ceteris quae casus ad nominis similitudinem sumunt

praeposita uim potest sibi dictionis defendere. Aliis uero idest caren-
tibus casu adiuncta unitur cum eis: iusq; dictionis proprium perdit.
Est igitur praepositio pars orationis indeclinabilis quae praepositur
aliis partibus orationis: uel appositione uel compositione. **E**st autem
quando per appositionem prolatae praepositiones praepostere ponun-
tur: poetica plerunq; auctoritate. **N**am sine metris scribentes rarif-
lime hoc inuenies facere: nisi in cum quae solent quibusdam prono-
minibus apud omnes similiter postponi. **Q**uando autem ordinem
mutant: mutant etiam accentum: nisi differentia prohibeat: quae etiam
coniunctiones apud Latinos praepositivae uel communes si postponantur
facere solent: ut igitur quoniam saltem. **P**raepositivae enim grauius
tur omnibus syllabis: postpositae autem acuiuntur in principio. **S**ed hoc in-
terest inter coniunctiones & praepositiones. quod coniunctiones praepositivae
nunquam componi possunt his infinitis: nisi cum declinabilibus: ut siqua ne-
qua. **P**raepositiones uero quae in transiione ponantur personarum separatae:
idest per appositionem prolatae: non coniungunt duas substantias cum uno
accidente: quod est proprium coniunctionis: ut ego & tu facimus.
Homo & taurus arant: uel duo adiectiua cum una substantia: ut scri-
bit & legit homo: uel iustus & fortis homo. **E**t ut hoc ipsum planius
absoluam: non copulat praepositio duas casuales dictiones uel duo
aduerbia cum uno uerbo: ut ego & tu facimus. **D**octus & sapiens fuit
Cicero: Bene & splendide loquitur: uel duo uerba cum uno casuali
uel cum uno aduerbio. ut **V**ir docet & docetur: recte scribit & legit
& praepositiones quidem ante casuales tam in compositione quam
in appositione ponuntur. **C**oniunctio uero nisi in appositione praepo-
nere aliis partibus non potest: nec etiam supponi quidem excepto que:
ut ubique plerunq; undique uterque. **I**n quo tamen possumus ad-
ditionem magis uel deriuationem: que syllabae quomodo ce quoque
solet fieri factam accipere quam coniunctionem esse. cum nec significa-
tionem suam coniunctionis seruat: nec legem inclinationis in omni-
bus: ut undique utique. **D**eriuatiua autem per additionem finalis ali-
cuius syllabae apud Graecos quoque solent inueniri: ut οὐρανὸς ἐστὶν
ἐστὶν ἄλλος οὐρανὸς πάντων ταχὺ ἐστὶν τοσοῦτον τοσοῦτον τοσοῦτον.
Sic igitur uter uterque ubi ubique unde undique plerum plerunq; quis quisque. **N**ihil mi-
rum tamen coniunctionis suilem que syllabam addi cum apud Graecos
in eundem modum in fine additur: nec tamen coniunctio accipi-
tur: ut ὅλα τοῦτα τόλα. **S**ed redeamus ad differentiam coniunctionum

& prapositionum. Coniunctio prapponitur etiam carentibus casu : p
apositionem solam : cum igitur prappositio per compositionem du/
taxat potest illis prapponi. **S**unt autem uel unius syllabæ prappositio/
nes : uel duarum uel trium : **E**t aduerbia quidem deriuatiua possunt
esse. **P**rappositiones uero posituæ : idest primitiuæ sunt omnes si se/
quemur auctoritatem græcorum. Itaq; aduersum extra infra intra in
ter cum sint deriuatiua magis aduerbia esse uidentur prappositiua q̄
prappositiones. **P**ossunt enim hæc sine casualibus uerbis etiam adiun/
gi : ut ego in campo curro : tu extra Ego supra aspicio : tu infra : sic etiã
similia. **S**ciendum tamen q; omnia aduerbia quæ solent casibus adiun/
gi. **R**omani artium scriptores inter prappositiones posuerunt : quia sũt
prappositiua casualium : & quia grauantur omnibus syllabis : uel quia
interpretatio eorum apud græcos modo prappositionis modo aduer/
bii uim optinet : ut ante ora patrum : hic ante τὸ πρὸ significat : quod ẽ
prappositio græca. **A**t uero. **A**nte leues ergo pascentur in æthere cerui
& **A**nte pererratis amborum sinibus exul : hic ante τὸ πρότερον signi/
ficat : & est sine dubio aduerbium. **S**imiliter contra quando kata signi/
ficat loco prappositionis est accipiendum : ut contra contionem **M**e/
telli : cum uero τὸ ἐναντίον : quod proprium eius significat aduerbium
est sine dubio : ut ego in hanc partem specto tu contra. **I**uuenalis in
primo **S**tat contra starique iubet. **A**duersum quoque idco prappositi/
onem esse putauerunt quia pro ἐπί græca prappositione solet aliquan/
do poni : **V**t **T**erentius in andria. **I**dque aduersum te gratum fuisse
habeo gratiam. **Q**uando autem τὸ ἐναντίον significat magis aduer/
bium ostenditur : **V**t **T**erentius in phormione. **E**i loco ex aduersum
tonstrina erat quædam **S**ecundum quoq; quando pro kata & meta
accipitur : loco prappositionis est. **S**alustius in iugurtino. **S**ecundum
ea uti debetis uterer. & **L**ucanus in octauo. **S**ecundum emathiam lis
tanta datur. **A**ccentum habet prappositiones acutum in fine : tam apd
græcos quam apud latinos : qui tamen cum aliis legendo in grauem
conuertitur : nisi prapostere proferantur : quod æoles quoque quãuis
fugiãt in fine acutum : hac parte solent seruare : quos in plerisq; secuti
in hoc quoq; sequimur. **C**um uero prapostere monosyllabæ ponan/
tur acuto dissyllabæ penultimo acuto proferuntur : nisi aliqua diffe/
rentia ut prædictum est impediãt : **V**t **V**irgilius in primo æncidos.
Maria omnia circũm. **F**inalem enim acuumus syllabam : ne si penul/
timam acuamus nomen uel aduerbium putetur esse. **T**antum autẽ

18.

præpositioni tenorem mutationem facit ordinis commutatio: q̄ in quibusdam pronomi-
nibus etiam enclitici uice fungitur: quæ sūt hæc
mecum tecum secum nobiscum uobiscum: de quibus latius in prono-
mine tractatum est: Nec mirum in hac parte orationis Romanos in
fine ponere accentus: quanuis sint dissyllabæ necnon æoles contra
conuetudinem suam idem facere cum annitur semper præpositio se-
quenti dictioni: & quasi una pars cum ea effertur: quæ per appositio-
nem etiam proferatur. Vnde & acutum in grauem conuertit. Idq̄ do-
natus etiam in secunda arte de præpositione se intelligere confirmat
his uerbis: separata præpositiones acuumtur. Coniunctæ uero casu-
bus aut loquelis uim suam sæpe commutant & graues fiunt. Censori-
nus uero planissime de his docet in libro quem de accentibus scribit
Et compositæ quidem tam in nominatiuo q̄ in obliquis casibus ab
eo nominatiuo composito flexis inueniuntur: ut indoctus indocti in
docto indoctum indocte. Apositæ autem non nisi cū accusatiuo uel
ablatiui: ut in hostem pro patria. Cum uerbo semper in compositiōe
ut induco extorquco perecurro. Cum participiis in compositiōe qui-
dem secundum uerborū figuram ex quibus nascuntur: ut iducens ex-
torquens percurrens. Et præterea per appositionem accusatiuo & ab-
latiui secundum nomina: ut in amantem producente: Pronomi-
nibus uero per appositionem solam præponitur duobus supradictis ca-
sibus obliquis: ut in illum: de illo: & sibi præponitur in compositiōe
ut iperterritus inexpugnabilis. Necnon etiam coniunctioni inuenit
præposita. Sed non seruat uim suam: ut absq̄ unde: ut supra memo-
rauimus additio magis putatur q̄. Ergo a præpositione abs: deriuatū
est absq̄ quomodo ab extra. Similiter aduerbiis præponitur per com-
positiōem ut perinde: desubito deinceps abhinc. Igitur nomini qui-
dem & per appositionem & per compositiōem. pronomini uero per
appositionem solam: licet quibusdam mecum tecum secum nobiscū
uobiscum composita esse uideantur. Participio uero per deriuatiōem
uel consequentiam compositorum uerborum uel per appositionem.
Cæteris autem partibus per solam compositiōem præpositio iungit
loco etiam coniunctionis accipi solet casualis: ut per desidia mali-
tia nascuntur: id est causa desidia: similiter propter & ob. Virgilius in
quarto. Te propter libyæ gentes numadumq̄. Idem in undecimo.
Cuius ob augurium infaustum. Sunt autem apud nos multo plures
quam apud græcos Apud illos enim cum sint decem & octo præposi-

tiones diuersas singulae habent significationes quae complent multarum apud nos demonstrationem: ut $\pi\epsilon\pi\iota$ pro circum. & circa & erga & de & super quando memoria est. **P**onitur similiter $\pi\epsilon\pi\epsilon$ pro apud & prope & propter & praeter: nec solum id sed etiam illud causa fit: ut sint ampliores apud nos: quod omnia aduerbia localia quae solent casualibus praepositionibus nostri posuerunt ut supra diximus. tenoremque earum in eis quoque seruauerunt: ut pone tribunal: aduersum hostem: citra forum contra inimicos: infra tectum: supra montem: extra muros intra urbem ultra alpes. Huiusmodi enim omnia graeci aduerbia dicunt esse quia & certam aliquam habent significationem etiam per se posita: quae praepositiones habere nolunt per se prolatae. Aduerbia uero habent: & pleraque eorum componi non possunt. Omnes autem praepositiones apud illos: & componi & apponi solent. Praeterea haec quae certissimam habent locorum significationem etiam per se posita possunt. Apud Latinos quoque sine casualibus proferri: quod rarissime patitur praepositio. **V**irgilius in secundo aeneidos: **P**one subit coniunx. Inueniuntur igitur apud Latinos in praepositionibus tria contraria obseruatione Graecorum: quae certae sunt significationis quaedam praepositiones: ut apud erga circa inter: & quaedam nunquam componuntur: ut haec ipse apud erga: & quaedam nunquam separantur con se re di dis. **N**ulla praepositio habet aspirationem sicut nec coniunctio. cum in aliis sex partibus orationis sunt quae habent aspirationem: & quae non: ut hanc habeo habens hic huc heu.

Praepositiones quae rarissime praepostere proferuntur.

Rarissime apud profam scribentes praepostere proferuntur praepositiones monosyllabae ut etiam apud poetas difficile mutant ordinem: ut apud Terentium in andria. **I** praesequar: nisi cum. Ea enim sola tam apud poetas quam apud reliquos praepostere cum pronominebus ponitur: ut praedictum est his: mecum tecum secum nobiscum uobiscum. necnon etiam quocum quicum quacum quibuscum. Mediae quoque ponuntur: ut quaderere quamobrem quasobres qua in parte. Necnon habent quamdam cognitionem cum aduerbiis localibus plerumque praepositiones: ut in & ad locum: & in loco: & ab: & e & ex de loco.

Sciendum tamen q̄ nulla alia pars in x desinit apud lati-
nos nisi nomina: & ex præpositio quæ græca est: & uix &
mox & pax πῶ τελεωσ. Aduerbum comicum quo utitur
Terentius: quod similiter græcum est. Sunt quæ in compo-
sitione elisionem patiuntur ut cum sequente uocali: coeo coarguo co-
arto coherceo coarquo. Contra pro sequente uocali d assumit: ut pro-
des prodest proderam prodesse. Quædam etiam syncopam passæ
sunt ut supra pro supra infra pro infra extra pro extera. Nam anti-
qui trisyllabæ ea proferebant: ut Cicero in arato. Toruus draco serpit
subter iuperaq; retorquens sese. Tenuit tamen usus. ut dissyllabæ ma-
gis ea proferrantur: Nec solum præpositiones sed etiam aduerbia sunt
ea pro uaria significatione accipienda: Oportet autem scire q̄ græci
propriam dicunt esse præpositionis: ut nihil certum per se politæ sine
aliis partibus orationis significare possunt: ut supra dictum est qua-
les sunt pene apud nos quoq; omnes monosyllabæ: ut ad ob per præ
ab abs cum de e ex. Necnon dissyllabarum quædam: ut ante præter:
Hæ enim ad sensum sequentium significationes suas accommodant
ut ad modo personæ: modo loco. Est quando tempori adiungitur
uel numero personæ: ut Virgilius in primo æneidos. Ad te confugio
& supplex tua numina posco: loco ut idem in eodem Prima q̄ ad tro-
iam pro caris gesserat argis. Tempori ut Salustius in primo historia-
rum. Ad bellum Persu macedonicum numero ad quinquaginta mi-
lia. In compositione quoq; modo intentionum est: ut approbat affir-
mat. Modo ad personam aliquam uel rem dirigitur: ut alloquitur ar-
ridet. Similiter alia supradictæ diuersas habent significationes. Quæ
uero certæ alicuius sunt significationis quæ secundum græcorum ra-
tionem pleraq; inter aduerbia poni debeant idest supra infra extra po-
ne & huiusmodi alia tamen quia casualibus plerunq; præponuntur
& grauantur more præpositionum: & loco plerunq; græcarum acci-
piuntur: ut dictum est præpositionum: ut supra caelum ὑπὲρ τοῦ οὐ-
ρανοῦ infra terrā: ὑπὸ τῆς γῆς. Ideo òn penitus irrationabiliter ab arti-
um scriptoribus latinorum inter præpositiones quoq; sunt receptæ.
Inueniuntur tamen in aliis partibus præpositiua: non tam est sem-
per: nec omnes ad eandem speciem ptinentes: ut ne aduerbiū dehor-
tandi: & hic prænomen præpositiuum: quod tamen licet etiam post-
ponere: ut hic homo: & homo hic nulla ordinis confusione tā a partibus
quam a sine metro scribentibus bene dicitur: Iure igitur sola hæc pars

id est præpositio a loco quem proprium possidet nomen accipit. **Sæpe** & uerbis desunt præpositiones: ut uirgilius i primo aeneidos. **Vna** eurusq; notusq; ruunt pro eruunt. & præpositionibus uerba: ut idem in tertio aeneidos. **O** mihi sola mei super astyanactis imago. **Super** p super es.

Compositæ uero præpositiones cū aliis partibus in illarum potestatem concidunt: ut incuruus adoro abhinc pro inde. **Nam** in absq; magis adiectio est que syllabæ: ut diximus q̄ coniunctio. **Verba** quæ nominatiuum semper significat uel uocatiuum: ideo in compositione semper habent præpositiones quomodo & nominatiui nominum & uocatiui. **Est** quando præpositio loco coniunctionis ut dictum est accipitur. tam apud grecos quã apud nos: ut propter te: hoc est tui causa: **Tunc** enim loco causalis coniunctionis accipitur quando **Διά** græcam significat. **Virgilius** in tertio. **Te** propter libycæ gentes numadumq; tyranni **Odere**. **Quando** uero **κατά** significat præpositionis uim sine dubio defendit. **Idem** **Virgilius** in nono. **Siue** padi ripis athesim seu propter amœnum. **Similiter** ob loco causalis solet poni coniunctionis. **Virgilius** in undecimo. **Cuius** ob auspiciū infaustum moreq; sinistros. **Cum** in compositione semper præpositionis habeat significationem: ut idē in sexto. **Magnas** obeuntia terras **Tot** maria intrani duce te. necnon cum aliis partibus coniuncta simul cum illis loco casualis coniunctionis accipitur ut quamobrem pro qua propter. ut **Cicero** in primo uestinarū. **Quã** obrem ut saepe iam dixi. **Cum** apud grecos separata præpositio: tribus solēat casibus præponi genitiuo datiuo accusatiuo. apud nos duobus solis præponitur: id est accusatiuo & ablatiuo nisi hollenissimo utatur auctoritas: ut **Virgilius** in tertio georgicorum. **Et** curuum tenus a mento palearia pendent genitiuo est usus secundum grecos pro ablatiuo: quæ apud grecos **τόσχιος**: quod est tenus non præpositio sed aduerbium esse ostenditur. **Itaq;** apud nos quoq; raro præponitur: ut in secundo georgicorum. **Hactenus** aruorum cultus & sydera cæli idem in secundo aeneidos. **Capulo** tenus abdidit ensem.

Nominatiuo uero per compositionem addita præpositio p omnes manet obliquos casus. **Ideo** autem nominatiui per appositionem non recipiunt præpositiones: quia per intrasitiuam dicuntur elocutionem: id est non transcuntem ab

alia ad aliam personam. ut percurrit homo excelsus. Ecce quia nomi
natiui sunt nullā habent transitionem. Accusatiuus uero & ablatiuus
cum transitiui sunt recipiunt separatas prapositiones. Separata enī
hæ semper transitiones significant. itaq; uerba quoq; quia semper ad
iuncta sunt quantum ad intellectum uel nominatiuo uel uocatiuo &
carent casibus iure non possunt per appositionem adiungi praposi
tioni. Nihil enim carens casu per se transitiuum esse potest. Prapositio
quando per defectionem uerborum profertur: generalem seruat accē
tū regulam: q; ab acuto incipit. Virgilius in tertio aeneidos. Omī
solā mei super alyanactis imago. Et Terentius in andria. Adeo mo
desta & adeo uenusta: ut nihil supra & hoc ad similitudinem græcorū
Homerus ξάνω ἐπίδινεν τι τῶ δάει πᾶρην εἰσγε εἰῶν δν λοιγόν
ἀαήνει. Necnō etiā si prapostere pferatur: ut Virgilius i septimo. De
cus imperiumq; latini Te penes. hoc quoq; a græcis homerius ἄλεν
ἄρ γυρότοξος/ἄρ τέλει διξίν. Est tamē q̄do postposita quoq; grauat
si genitiuus sequatur: redditus ad supra positum accusatiuum: uel ab
latiuum: ut si dicam. Virtutem propter imperatoris. uel iustitia in le
gum. Sin autem in fine sensus sit prapositio in omni modo generalē
seruat accentuum legem. ab acuto incipit: ut homines mille uenerunt
supra: nisi differentia prohibeat: sicut supradictum est ut circum. Vir
in primo aeneidos. Maria omnia circum in fine acuitur: nec aduerbiū
uel nomen esse putet: sicut & apud græcos. Διά. Et si loco aduerbio
rum uel interiectionum accipiantur similiter mutant accentum sibi
destinatum. Terentius in eunucho. Perpulchra credo numina: haud
nostris similia. ut Lucanus in secundo. Proh tristia fata Quis fuit ille
dies marius quo moenia uictor. Hoc tamē quoq; græcis auctōribus
facimus: sicut enim prapositiones loco aduerbiorum: sicut etiam ad
uerbia loco prapositionū solēt poni. Homerus. τῶ λᾶν τῶ πᾶρ τυρ
ς ᾶν πρὸς θεῶν ἀσκάρων πρὸς τετυνητῶν ἀνθρώπων prapositionem
posuit p aduerbio ἰδίον εἰς ᾧ aduerbiū p prapositione. Nihil igitur
mirū apud nos quoq; prapositiones p aduerbiis: uel aduerbia p prap
ositionibus inueniri. Cū etiā loco nominis ea solēt accipi: ut Virgili
us in tertio. Mane nouum sponte sua. Stati in undecimo: At tu
pudet hostia regni hostia nate iaces ceu mutus & egregie sanguis Hei
mihi primitiis ararum & rite nefasto Libatus rite p ritu posuit. Pra
positiones quoq; tā pro aduerbiis q̄ pro cōiunctionibus inueniuntur
ut ostendimus. Non tamen bene stoici prapositionem inter coniu

ctiones ponebant præpositiuam coniunctionem eam nominantes cū
coniunctio & nominibus & uerbis: & omnibus tam declinabilibus q̄
indeclinabilibus per appositionem solet adiungi. **N**ec solum præpo
nitur: sed etiam adiungitur tam apud pœtas q̄ apud sine metris scri
bentes. **P**ræpositio uero ut supra dictum est & præponi uult semper
cum recto ordine ponitur: & uerbis ceterisq; p̄tibus indeclinabilibus
nisi in compositione non adiungit. **S**eparatæ præpositiones uel accu
satiuo uel ablatiua adiungunt. **C**ompositæ tam nominatiua quam
ceteris obliquis: qui ex composito nominatiua nascunt. **E**t est quan
do eandem habent tam in compositione q̄ in appositione signifi
cationem: ut inuado hostē: & in hostē uado. **I**n utroq; enim contra signi
ficat. **E**st quando diuersas: ut de te loquor: id est tui causa loquor: de
primo. i. infra præmo. **E**st quando abundat syllabica: id est auctoris
syllabarū causa tantūmodo nulla significationis adiunctio: ut emori
p̄ mori. **E**st quando localem uim possident quadripartitā: ut uenio p̄
for: p̄ficiscor ad graciā. **I**n italia sum: a cecilia uenio. **C**um apud gra
ecos præpositio cōposita cū dictionibus aliis quibusdam penultimam
habentibus acutā: antepenultimā eam facit. si addit significationi ali
quid. ut πᾶσι ὄντοισιν. **A**pud nos quoq; in uno aduerbio hoc so
let facere. **I**nde deinde exinde subinde: ne si grauet præpositio. p̄ appo
sitionem esse putetur ante aduerbium quod fieri non licet. **E**st quādo
significantiæ causa assumitur præpositio ut **Virgilius in prio georgi
corum: Nūq̄ imprudentibus obsuit imber.** **E**st quādo priuationem. i.
abnegationē significat: ut impius expers. **S**unt q̄ similem habent po
testatem ut ab a ex e q̄ etiam localem possident significationē: **E**x uero
& p̄ causali cōiunctione potest accipi: ut ex insidiis illius hoc patior. i.
insidiarū illius causa. **P**riuationē quoq; ut supra dixi significat: ut ex
pers exlex. & ordinē: ut **Virg. in. viii. ænei. Ex i gorgoncis alecto infe
ta uenenis.** **E**t loco aduerbii extra fungit: ut exul extra solū: & exclu
do extra claudo: quis extra quoq; oīa localia ut sæpe memorauimus
aduerbia: quæ solēt casibus adiūgi nostri iter præpositiōes posuerunt
Tēporalia quoq; & localia aduerbiorū quædā in præpositiōes trāsferū
tur & noīa: ut pridie calendas & aduersus uel aduersum hostes. **S**ub
tracta quoq; nominibus quibusdam loco aduerbiorum ea faciunt ac
cipi: ut domo uenio pro a domo: & domi sum pro in domo: & domū
eo pro ad domum: **E**t inuicem pro se ponuntur præpositiones: ut in
urbem uenio pro ad urbem: & per urbem sum pro in urbe. **A**deo autē

plerunq; localem habent significationem prepositiones : q; aduerbia
quoq; ex his localia nascuntur: ut ex extra extrinsecus: sub subter : in
infra intra intus, sed etiam hæc ut supra dictum est: quia loco prepo-
sitionum sæpe solent preponi etiam cum casibus adiunguntur: artium
scriptores inter prepositiones numerant. **Cum** igitur ut supra memo-
rauimus per appositionem duobus casibus adiunguntur prepositiones
accusatiuo & ablatiuo de singularum significatione differamus. Et pri-
mo de his quas accusatiuus sequitur uni syllaba ut plerisq; latinoium
uidetur sunt hæc: ad ob per post cis trans. **Bisyllaba:** apud ante citra
contra erga extra iter intra infra iuxta prope pone ultra præter propter su-
pra usq; penes. **Trisyllaba** circiter aduersum secundum.

Xhis pleraq; apud græcos inter aduerbia ponuntur: ut sæ-
pe docuimus q; certam habent significationem: etiã per se
posita: q; in prepositionibus abnegat esse per se positis. **Et** q;
licet tam poetis q; oratoribus sine reprehensione & preponere & post-
ponere ea casualibus cum prepositiones: de quibus nulla dubitatio est
nisi poetica sit auctoritas postponi non solent: & q; pleraq; eorum com-
poni non possunt: cum prepositiones omnes apud illos talem natu-
ram habeant: ut & componi & separari possint. **Nostri** uero iter pre-
positiones eas dictiones posuerunt: quia prepositiuam semper sunt ni-
si licentia hoc poetica mutauerit: ut grauantur prepositiuam quod præ-
cipue suum est prepositionis. **Sunt** autem pleraq; huiusmodi ad-
uerbia localia: ut cis trans apud ante contra circum: & reliqua similia. **De**
singularum igitur uis & significatione ut ualeamus differere conemur
Ad tam in compositione q; in appositione plerunq; proximitatem si-
gnificat: ut adeo acurro aduenio assideo: **ad Troiam** pro iuxta troiam:
ad urbem pro iuxta urbem: **ad balneas palatinas** pro iuxta balneas.
Est etiam causalis: ut ad quid hoc fecisti: hoc est huius causa. **Et** simi-
litudinis: ut accommodatus adæquatus ad similis ad unguem. **Signi-**
ficat etiam contrarietatem: ut ad illum mihi pugna est: hoc est contra
illum. **Pro** temporali quoq; accipitur: ut **Salustius in primo historia-**
rum. **Ab** bellum Persii macedonicum: hoc est usque ad bellum Per-
sii. **Additionis** quoque: ut ad hæc mala. **Ob** tam in appositione q; in
compositione inuenitur: sed quando per appositionem ponitur uim ob-
tinet. **Ad** græce prepositionis: quæ per casuali accipit. **Virgi. in. xi.** **Cu-**
ius ob auspiciu infaustum moreq; sinistros. **Et** loco per uel kata græca

ad

ob

cum accommodatiua sunt intelligitur. Idem poeta in quarto georgi-
 corum: **H**aud quanq̄ ob meritum: id est pro merito κατὰ μῆτρον. **I**n com-
 positione uero significationem contra uel circa: ut obuius occuro op-
 pono obicio. **C**ircum uero & obumbro obambulo. **P**er & cōponit̄ &
 separatur: & significat Διά græcam localem: **V**t **Vir. in. i. geor.** **C**ircū
 perq; duas in mortem fluminis arctos Περύπορ Διομήγευσσι. **S**ci-
 endum autem q̄ omnia localia possūt eadem etiā tēporalia esse: ut p
 medium forū & p medium diē dicimus. **N**ec nō etiā aliis rebus ad cā-
 dem significationē oīa localia possunt adiūgi: ut p uirtutē sio lauda-
 bilis in quo quasi laudabilis ostēdit̄ fuisse uirtus. **E**st etiā iurādi i quo
 uim obtinet πρὸς græce: quæ apud illos quoq; in iureiurādo accipitur
 ut p louem πρὸς τοῦ Διός. **Virg. in. xi.** **P**er te per qui te talē genuere
 parentes. **E**st etiā pfectiuum plerunq; in cōpositione: ut p̄icio p̄curro
 p̄seuero p̄cipio poro. **A**d uerbii quoq; uim obtinet quando p ualde ac-
 cipitur: **V**t **Ter. in andria.** **P**er ecastor scitus puer ē natus Pamphilo.
Abnegationem quoq; significat in compositione: ut p̄fidus perurus.
Post & cōponitur & separatur: & significat ἀπὲρ græcam præpositi-
 onem: sed non quando loco δὲ accipitur: sed quando magis ordinē
 significat siue loci: siue tēporis: siue cuiusq; alius rei: **V**t **Virgili. in. ii.**
georgi. **P**ost montē oppositum. **S**imiliter dicimus: post multū tēpus
 & post pietatem utilitas ponēda est: loco etiā aduerbii ponit̄: ut **Ter.**
in adelphis. **P**ost faciet tamen pro postea. **Virg. in. vi.** **I**lle admirans
 uenerabile donum Fatalis uirga lōgo post tempore uisum. **N**ā quan-
 do præpositio est ablatiuo iungi non potest. **D**eriuatur ex hoc poste-
 rus & postica. **C**is & componitur & separatur: & magis localem hēt
 significationem ut cis alpina gallina: & cis rhenū. **P**ossumus tamen
 p trālationē & in tempore & in aliis rebus ea ut: ut cis diffinitū tem-
 pus: sicut ultra diffinitū: uel cis naturæ leges uel ultra uaturæ. deriua-
 tur ex hoc citra. **T**rans quoque & cōponitur & separatur: ut trāstero
 trāstueho: trāspadū: trāstyberim: **E**st tamē quādo in cōpositione amittit
 n & s: ut traduco trado trahicio trano. **E**t cōposita quidem Διά græ-
 ce uel πρὸς: uel ὑπὲρ loco fungitur: ut trāstueho Διακομίζο trado:
 πρὸς Διάω αἰ trāsgredior: ὑπὲρ αἰω: **V**t **Salustius.** **C**om-
 mune habitum trāsgressus pro supergressus: πέραιν uero significat
 quod est aduerbium apud græcos separata: ut trans mare πέραιν τῆς
 ἑλλάδος: **S**ciēdum quod omnes monosyllabæ præpositiones tam
 accusatiuo q̄ ablatiuo casui seruiētes componi & separari possunt:

per

per

Cis

Trans

excepta cum: pro qua in compositione semper inuenitur præpositiua
eandem significationem habens q̄ cum præpositio: ut concuro con /
ficio: nec scriptura tamē multū discrepat at̄iqui. n. pro cū cō scribebāt
& saepe tamē i n m cōuerti solet: ut cōmunis impator: eūdē tātūdem.
Præposlere tamen ut quibusdā placet cū ablatiuo p̄nominū cōponi /
tur cū præpositio: ut mecū tecū secū nobiscū uobiscū. Aliis uero ideo
enclitici uice fungi postposita uidentur ne si acuat aduerbiū esse pute /
tur. de quo tamē in p̄nomie latius differimus: **Clam** enim magis ad
uerbiū ē cū nec localē hēat aliquā significationē: quā plerūq; præposi /
tiōes possidēt & qualitātē demōstret: q̄ in aduerbiis inueniri solet: &
diminuitur: q; nulla præpositio hēt ut clāculū: **Et** potest ēt absq; casu
p̄ferri: ut bona aperte facit mala aut clam & quod apud græcos absq;
ulla dubitatione aduerbiū ē. **Nihil** mirū tamē q; præponatur casui cū
multa aduerbia. & maxie localia & apud græcos & apud nos soleant
casibus præponi: quos; pleraq; nostri ut supra diximus præpositiōes
esse dixerūt. **Sed** sciendū q; aduerbia qdē & line casibus & cū casibus
p̄ferri possūt: ut cōtra circū clā pone cū: eādē in utroq; seruāt signifi /
cationē. **P**ræpositiōes uero suā significationē iei uātes sēp casibus adiū /
gunt: ut p̄ quādo præponitur casui **Antē** significat: quādo autē aduer /
biū ē mutat significationē & p̄ ualde accipit. **B**isyllabæ sunt præpo /
sitiōes q̄ acculatino iūgunt secūdū plerūq; artiū scriptores hæ apud
ante citra ultra præter supra usq; penes. **A**pod unā hēt significationē
in loco: ut apud numātiā: adiūgit tamē etiā p̄sonis: ut apud amicū
apud atheniēses: & significat πρὸς quādo locū apud illos demōstrat
ea autē præpositio in cōpositiōe nō inuenit. **A**nte & cōponitur & sepa /
ratur ut ante pono ante domū: & significat πρὸ græcā localē uel tēpo /
ralē: ut ante eo πρὸς ἔρχομαι ante annū πρὸς ἐπίστυτον. **I**nuenit etiam
sine casu: in quo loco aduerbiū accipitur: significat enī ātea qdē apud
græcos πρὸς τῆρον: ut **Virg.** in buc. **A**nte perratis amboꝝ finibus exul
Aut ararim partus libet aut germania tigrim. **D**eriuat ex hoc nomie
antiquus & antiqua & antiquū ex quo antiquarius **C**itra nunq̄ com /
ponitur: & pene eandem habet significationē quā cis. nam apud nos
locum significat: sed inuenio quod propriis nominibus fluminū uel
montium solet præponi plerunq;: **R**eliquis uero magis citra. ut cis
rhenum: cis alpes cis padum citra saniam citra cruorem citra forum:
& a cis quidem deriuatur citra: a citra uero citer ceterior: & citimus: te
ste **Capro.** **C**ato de agna pascenda. **C**iter agnus alligatus ad sacra erit

Vtriusque tamen interpretatio apud grecos aduerbium est: id est
ὡς ἐπὶ τόδε. **Circum** quando περί significat præpositio accipitur
tam in compositione quam in separatione ut circumfero περιφέρω cir
cummontem περί το ὄρος: quando uero περίξ demonstrat aduerbi
um est locale. **Vt Virgilius in quarto aeneidos: Anna uides toto pro
perari littore circum:** ex hoc nascitur circiter περιφέρωδ. **Circa** quoque
περί græcam significat: quando pro iuxta accipitur ut circa forum cir
ca templum circa uiginti annos: & nunquam præpositiua componi
tur: postposita tamē inuenitur apud Virgilium post ablatiuum: quo
loco coniunctionis prolata est casualis: ut in primo aeneidos. Quo cir
ca capere ante dolis: & cingere flamma Reginam meditor. Est tamē
quando circum præpositioni eam subiungimus: & circum circa di
cimus. quod & donatus in secunda arte docet his uerbis. **Aut uerbū
præcedit ut perfero: aut aduerbium: ut expresse: aut participium ut
præcedens: aut coniunctionem ut absque: aut se ipsam: ut circum cir
ca.** Et hoc tamen fit quando ἀνεπί περί significare uolumus. ut Hæsi
odus. ἀνεπί περί κρήνον. **Circiter** uero cum significat similiter περί
cum pro iuxta accipitur. ad tempus tamen solum pertinet: ut circiter
kalendas ianuaras. **Erga** etiam περί græcam significat: sed affectum
demonstrat: ut bonus est erga propinquos: & separata inuenitur solū
contra & separatur & componitur quando κατά uel ἀντι significat:
& tunc proprie est præpositio: ut cōtra adulterum dico κατά μοι χόσ
λέγω: contradico ἀντιδέγω: controuersia ἀντιρρησις: quando uero
sine casu ponitur τόξεναν τίας indicat: quod est aduerbiū. **Iuuenia.**
in primo. **Stat** contra statique iubet. **Ex** eo deriuatur cōtrariū. **Extra**
quoque: quod significat τόξτος: apud grecos est aduerbium deriua
tiuū a præpositione ex tam apud illos quam apud nos. **Nostri** autē
ideo non solum inter aduerbia: sed etiam inter præpositiones accepe
runt: quia & sine casualibus uerbo adiungitur & præpositum casuali
bus grauatur: **Vt Persius** Pinge duos angues pueri sacer est locus ex
tra meite. **Terentius in phormione.** Extra unam aniculam. **Nihil** ta
men mix loco præpositiōis extra accipi: cum ex quoque in quibusdam
dictiōibus loco extra fungitur: ut exlex qui est extra legē: exul qui est
extra solū exterminatus qui ē extra terminos exspes id est extra spē ex eo
extra eo. **Et sciendū** q̄ extra p appositionē solū aliis iungit partibus ora
tionis: ex eo deriuatur extraneus & externus. **Inter** quoque & cōposita
& apposita inuenit: ut iteruicius itercapedo iteruallū iterpres: cuius

simplex idest pres in usu non inuenitur. **I**nter amicos: inter muros.
Hoc quoque apud grecos sine dubio aduerbium est. significat enim
τό μεταξύ nec solum casualibus praepositur apud nos & grauat: &
quod suum est praepositionis: sed etiam uerbis potest adiungi: & pe/
nultima aeui ut si dicam. **T**u dextrorsum ille sinistrorsum: ego curro
inter. **Q**uomodo autem a sub subter deriuatur: & a cis citra & ab ex
extra a pra: quoque praeter: & a pro propter: sic ab inter proficiscitur.
Significat autem modo το διά ter ut interrumpit διαρρηγνυσι: inter
nuncius διακτοπος: intercapedo διασημα: interuallum: διαστασι.
Modo τὸ ἐν: **V**t Virgilius in undecimo. Conuersique oculos inter se
atque ora tenebant. **I**nter se ἐν ἑαυ τοῖς. **I**nterea loci ἐν τοσούτω modo
μεταξύ: ut inter reges & inter uicinos. **H**ic ergo quoque admono
quod saepe dixi omnia ea quae supradicta sunt apud grecos sine du/
bio aduerbia sunt. **L**atinos etiam inter praepositiones praepone
quae frequentissime casualibus praeponuntur & grauantur: quod suū
est praepositionum & q̄ interpretatio ostendit etiam praepositivum
quarundā loco ea poni: ut iter mō τὸ διά mō τὸ ἐν ostēdimus demō
strate. **I**nterea uero quia nunq̄ praepositur casuali sine dubio aduer/
bium accipitur. uerbo enim semper adiungitur. **E**x inter praepositioe
deriuatur interea ἀσθεν τοσούτω. **I**ntra quoque uidetur ab in deriuatū:
uelut ab ex extra: a sub subter: sicut ab in inter & intra: & significat
τὸ ἐν τόσ: quod est aduerbium apud grecos. **L**uca. in. v. **I**ntra castro
rum timuit tentoria ductor huic contrarium est τὸ ἐκ τόσ: idest extra
Quomodo autē inter & intra deriuatur ab in: sic etiam intus & intro
quae sine dubio aduerbia sunt etiam apud nos. **S**ed intus & intro ca/
sualibus nunquam apponuntur. **I**nter uero & intra frequentissime
sicut extra casualibus praeponuntur. **F**oris autem uel foras minime: ab
intra deriuatur intrinsecus & internus: sicut ab extra extrinsecus & ex
ternus extraneus. uerbum etiam ab intra intro intras: infra: etiam ab
in esse natum puto: & significat τὸ κάτω: quod est apud grecos ad/
uerbium. **I**d quoque propter supradictas causas inter praepositiones
recipit a latinis. **F**requentissime enī praepositur casualibus & grauat
Teren. i eunucho. **E**go te esse infra omnes infimos puto. **E**x hoc deri
uatur inferus: ueluti a nuper nupetus: quod approbat **C**aper uel infer
ut ceter exte & infernus inferior infimus. **E**t sciendum q̄ oīa aduer
bia locorū quae solēt casualibus praeponi: ideo nostri inter praepositiones
quoq̄ enumerauerūt quia saepissime iueniūtur huiuscemodi aduerbia

locum prapositionum accepta: uel loco eorum prapositiones posita:
ut intra uiscera pro in uiscera: & absque latione pro extra lationem
& in adulterium dicitur pro contra adulterium: & sub terram pro in-
fra terram. **Iuxta** etiam quod significat $\tau\acute{o}\pi\lambda\eta\sigma\iota\omicron\nu\tau\acute{o}\epsilon\gamma\gamma\upsilon\sigma$ quod a-
pud graecos sine dubio aduerbium est: quia loco prope siue propter:
quod est $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}$ fungitur. Est autem prapositio $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}$ graeca: & quia
casum sequitur: nostri inter prapositiones posuerunt. **Quando** uero
uerbo per se coniungitur: aduerbium id esse existimant: **Vt** **Salustius**
in catilinario. **Horum** enim uitam mortemque iuxta aestimo: **Pridie**
quoque more prapositionis accusativo adiungitur. **Cicero** in primo
inuectiuarum. **Pridie** kalendas ianuarias pridie nonas: pridie idus.
Liuius ab urbe condita decimo septimo. **Monosyllaba** prapositiones
quae casui ablatiui seruiunt duntaxat sunt haec: a ab abs ex e de pro pre cu
addunt etiam clam: quod apud graecos aduerbium est. **Dissyllaba**
autem coram palam sine absque tenus: quarum omnium interpreta-
tiones apud graecos aduerbia sunt: sed dixi sapissime: quod nostri hu-
iusmodi dictiones quando prapponuntur casibus accusatiuis uel ab-
latiuis per transitionem personarum inter prapositiones accipiunt: &
grauantur omnibus syllabis. **Quando** uero uerbis coniunguntur: &
intransitiue sunt & generalem seruant accentuum rationem inter ad-
uerbia numerant: & tunc licet ea nominatiuo uel prapponi uel sup-
poni: ut legit **Cicero**: & ultra nihil facit: uel ultra **Cato** fecit quae **Cicero**
Sine tamen & absque & tenus non inueni: nisi cum ablatiuis: & sem-
per transitiue: **Vt** **Virgilius** in .xii. aeneidos: **Haud** quicquam nihil dulce
meorum: **Tu** sine frater erit: **Suum** uero est aduerbium: ut dixi intransitiue
posse perferri: & similiter omnibus casibus adiungi: ut non bonus ille ho-
mo est: non boni hominis officium facit: non boni homini loquitur: sic & per
liquos casus: in quibus non aduerbii causa ulla transitio fieri ostenditur:
Ac si dicam. **Coram** **Cicerone** dixit **Catilina**: uel absque consule egit praetor:
transitionem sine dubio facio diuersarum personarum: id est ab alia ad aliam
transseo personam: quod est suum prapositionis.

Haec igitur quoque ratio compulit artium scriptores lati-
nos huiusmodi dictiones quamuis interpretationes earum
aduerbia sunt apud graecos: tamen inter prapositio-
nes ponere apud nos quando casibus supradictis prapponuntur.
Quae uero his possunt sine casibus uerbis adiungi: & inter aduer-
bia ponunt: quod **Celsorinus** quoque de accentibus approbat sic dicens.

Super prapositio ē apud **Virgilium** in primo **aneidos**. **M**ulta super primo rogans super hēctore multa. **Salustius** uero in historiis aduerbium hoc protulit. **V**bi multa nefanda casu super ausi atque passi sed sed mihi uidetur **Salustius** quoque loco prapositionis hoc praposte re protulisse. **Sed Virgilius** in quinto **aneidos**. **Satis** una superque **Vidimus** excidia, aduerbium sine dubio in hoc loco accipitur. **Idem Censorius** hac eadem subiungit. **P**ost est prapositio apud **Virgilium** in quarto **georgicorum**. **P**ost montem oppositum. **Idem** in primo **aneidos**, aduerbium **P**ost mihi non simili poena commissa luetis. **A**n te prapositio est. **Virgilius** in primo **georgicorum**: **A**n te iouē nulli subigebāt arua coloni: **A**n in tertio **aneidos** aduerbium. **A**n te & trinacria lentandus remis in unda. **S**upra prapositio. **Virgilius** in quinto **aneidos**: **O**lli ceruleus supra caput astitit imber, aduerbium. **Salustius** in iugurtino: **P**auca supra repetam. **C**ontra prapositio est apud **Virgilium** in octauo **aneidos**. **C**ontra neptunum & **V**nerem cōtra que mīneruam. **I**dem aduerbium in secundo **georgicorum**. **C**ontra non ulla est oleis cultura. **P**rope prapositio in septimo **aneidos**. **E**st ingens gelidum lucus prope cerritis annem. **A**duerbium. **T**erentius in andria. **P**rope adest cum alieno more uiuēdum est mihi **V**ltra prapositio apud **Salustium** in iugurtino. **M**aური que uānum genus ut a lia affrica contendebant antipodas ultra aethiopam cultu per sarum iustos & egregios agere. **A**duerbium lego assidue nihil ultra faciens: hac **C**elsorinus ut supra dixi de accentibus tractans. **N**ec mirum accētum uel ordinem differentiam facere prapositionibus & aduerbiis: quis easdem habeāt syllabas, cum hoc in aliis quoque partibus inueniatur: ut pone uerbum, & aduerbium siue prapositio accentu discernitur: **S**imiliter uerum coniunctio est & nomen: **S**ine prapositio est & uerbum. **E**rgo causalis & rationalis est coniunctio & nomen: in multis quoque aliis dictionibus hoc inuenies.

Nunc singularem uim prapositionum casus ablatini inquiramus: a & ab & abs & e & ex eandem fere uim significationis habent. **N**am & locales & temporales & ordinales similiter inueniuntur. **S**ed quando consonans sequitur a & e magis prapponuntur in appositione: ut a domo e iure. **A**b uero & ex sapissime in compositione non solum uocalibus: sed etiā consonantibus ut abigo abduco exuro excurro. **I**n appositione uocali

quidem sequente semper : ut ab illo : ex illo consonante raro .
Nam a quidem & e uocali sequente non praeposuntur . **A**b autem &
ex consonantibus sequentibus solent ut dixi praeponi : si nulla asperi-
tas uocis prohibeat : **V**t **Virgilius in secundo aeneidos** . **E**x quo me di-
uum pater atque hominum rex . **A**bs tam in compositione qua in ap-
positione consonantibus solet praeponi : sed ab omnibus in composi-
tione praeposuit litteris : absque c uel q uel t : ut abduco affatur . **N**a
b in f est couersa . **A**ufero b in u couertitur : tam euphoniae q differetiae
causa : ne si affero dicas ab ad & sero coponi uideatur : abluo abnigo
arripio in quo b in r couertitur : asporto in quo b in s comutatur : sicut
& aspello differetiae causa . ne si apporto & appello dicamus ab ad co-
posita existiment : ab m uel u loco consonantis incipientibus solet in copo-
sitione praeponi a : ut amedo amens aueho . **A**n te q in appositione abs
absquolibet . **A**n te c uero uel t in compositione : ut abscondo abscedo abstra-
ho abstrudo abstineo . **E**t in appositione & in compositione iuenitur ate
b d g l m n r : & ante u & i loco consonantiu positas : ut ebibo ebullio edo
educo egero elimo eludo eminco emico enarro eneruo enodo eripio
eueho euoco eicio . **R**eliquis uero sequentibus ex praeposuit : excubo
excludo efficio effundo effero : in quibus x in f comutatur euphoniae
causa : exhorreo exhibeo expello exequor expiro : quae rationabilius
absq ; s scribuntur : ut de litteris docuimus . **E**xquiro extendo uocalibus
quoque sequentibus tam in appositione quam in compositione ex ut
supra diximus praeposuit : ut exaro exegi : exigo exoletus : exulcero
exequatus exaudio . **E**t omnia quidem supradicta consimilem : ut di-
ctum est uim habent . **F**requentius autem a & abs & ab uerbis passi-
uis : uel ablatiuo iunguntur : ut amor a uiro uel ab alio accipio ab alio
uel abs quolibet uel aufero . **E** uero uel ex frequenter temporalia inue-
niuntur : **V**t **Virgilius in octauo aeneidos** . **E**x illo celebratus honor lac-
tique minores seruauere diem . **E**nim in compositione uel priuatiuum
ut eneruus enodis : uel intentiuum ut enectus enarro eludo : uel pro
extra accipitur : ut educo elumino egero . **E**x quoque modo p extra ac-
cipitur : ut excludo extermino extorris exlex expes excors : modo pri-
uatiuum : ut explico expedio extraho extirpo : modo intentiuum uel pfe-
ctiuum : ut expleo exoro efficio effundo extedo . **D**eriuatur autem ab eo q
est abs absq ; . **N**amque quando uim & significationem coniunctionis non ha-
bet syllaba est non pars orationis quomodo in ubiq ; undiq ; itaq ; de-
niq ; & similibus : ab ex quoque deriuatur extra . **D**e non solum τὸ ἄπρ

significat sed etiam $\tau\acute{o}\pi\epsilon\pi\iota$ memoratiuum; ut de partibus orationis accipitur etiam pro kata locali in compositione: ut deduco descendo detraho deicio despicio derideo. Est etiam intentiuum: ut deprehendo dedo deprauo deprimo deminuo dehisco deterreo decurro delego. Est etiam primatiuum: ut desperatus demens desum deiero. Pro est quando localis inuenitur: tam in compositione quam in appositione: ut pro templo pro curia pro oculis. **Salustius in catilinario:** Quod nimirum pro curia signum loci dare: pro curia dixit: pro antecuriam: procurro prouenio. Et etiam temporalis: ut prouideo prospicio. **Terentius in heaut.** Tibi prospexi & stultitiae tuae: prouius: sed hoc quidem ab aduerbio procul compositum affirmant: unde & corripitur & omnia similiter pro correptam habetia: ut profatur proteruus. Alii uero ad imitationem graecorum apud quos pro praepositio corripitur. Nostros quoque quorundam in compositione hoc fecisse dicunt: loco etiam uel super accipitur: ut prominet proeminet: uel supereminet: & ante quod supra quoque ostendimus: ut procliuus procumbens prostratus prosubigens. Et ad: ut pro uiribus suis: hoc est ad uires suas. **Virg. in. v.** Summis incuruant uiribus arcus: pro se quisque uiri: hoc est ad suas uires. In quoque loco inuenitur: ut pro testimonio dixit hoc est in testimonio. Plerumque tamen separata $\tau\acute{o}\ \acute{\upsilon}\pi\epsilon\rho$ significat pro Milone: pro Claudio: Necnon etiam interiectionis loco ponitur: & circumflebitur. **Ut Salustius in catilinario.** Pro deum atque hominum fidem. Prae per appositionem & per compositionem inuenitur. Significat autem modo ad: ut Terentius in eunucho. Hic ego illum contempsi praeter me pro ad comparationem mei. Idem in eadem. Hic uero est qui si occiperit ludum iocumque dices fuisse illum alterum: praeter ut huius rabies quae dabit: pro ad quae dabit: modo pro ab. **Terentius in eadem:** Ut sit misera praeter amore hunc exclusisti foras. Idem in andria. Praeter studio dum id efficias quod cupis. pro ab studio: loco super etiam fungitur: ut praesidio praefectus. Necnon pro ualde inuenitur ut praecelsus ualde celsus: praualidus ualde ualidus: Præco quoque a ualde & canendo est dictus: praegestio ualde gestio. **Oratius in primo carminum.** Ludere cum uitulis saliceto praegestiens. Pro ante quoque accipitur. ut praedico praecurro praefero praecipio praematurus. **Lucanus in quinto.** At praematuras fegetum ieiuna rapinas. **Iuuenalis in quarto.** Non praematuri cines. Videtur deriuatiuum ex hoc esse praeter: quomodo a sub subter: in inter: pro propter. Cum & aduerbium potest esse quando

το ποτέ significat & præpositio : quando δὲν est copulatiua : ut cum
ducibus pugno: cum imperatore proficiscor: cum amico habito : & p
solam appositionem inuenitur: nec mirum cum loco eius in compo-
sitione semper componitur: ut concurio coniungo contraho conspiro
Et sciendum q̄ con & in tunc mutant n in m. quando b sequit̄ uel m
uel p. tunc uero conuertunt eam in sequentes consonantes quando l
uel r sequitur: cōbibo comburo inburo cōmunis imunis compello im-
pello colligo illido corripio irruo irritus q̄uis raro l & r sequentibus
solent hoc scribentes seruare. **S**ed cū græcorum auctoritatem in om-
nibus pene sequi solemus: in hoc quoq; imitari debemus. ut δὲν α. βου
λεῖω συμπαχῶ συλλέγω συρρέω ἐμβάλλω ἐπιπίπτω ἐπιγυυαί
ἐλλείπω ἐμμένω uides in bis omnibus præpositiones συνέν muta-
re n in m b uel m uel p sequentibus : l uero uel r in eas conuertere n.
Cum præpositio quando pronomibus postponitur primæ uel se-
cundæ personæ. uel etiam se: quæ est tertiæ enclitici uice fungitur: ut
supra dictum est mecum tecum secum nobiscum uobiscum. Aliis ue-
ro postposita acuitur: ut quocū quacum quibuscum. **C**lam ut dixi-
mus apud græcos aduerbium est: apud nos autem ideo præpositio ac-
cipitur: quia & casualibus præponitur: & graui accentu pronunciat̄
ut **T**erentius in andria **N**ec clam te est q̄ illi nunc utræq; res inutiles
potest etiam apud nos aduerbium ostendi cum uerbo inuenitur iun-
gi non seruiens casui: ut **V**irgilius i primo æneidos. **C**lam ferro incau-
tum superat securus amorum. **N**ec in compositione inuenitur: & ad-
iungitur non solum ablatiuo: sed etiam accusatiuo teste **D**onato. ha-
bet tamē etiam diminutionem quæ & in præpositione nunq̄ inuenit̄
in aduerbio est quādo inuenitur: ut bene belle longe lōgule: sic ergo a
clam clāculū deriuatur. **E**x hoc etiā clādestinus **E**t attende q̄ ea q̄ sūt
aduerbia apud græcos: certam aliquam possident significatiōē : cū
præpositiones soleāt eam uariare. **C**oram quoq; & palam apud græ-
cos aduerbia sunt: quæ propter supradictas causas nostri etiam inter
præpositiones assumpserūt. **S**ed mihi uidetur cū iter aduerbia quoq;
eadem pleriq; ponant: quippe q̄ sine casualibus uerbis possunt adiun-
gi: aduerbia ea dicere quæ præpositiua possunt esse etiam & casualiū.
Virg. in. i. ænei. **C**orā quē quaritis adsum. **I**dem in codē. **P**ostq̄ itro-
gressi & coram data copia fandi. **S**al. in. iiii. histo. **S**i nihil aduentum
suū inter plebem & partes conuenisset: coram se daturū operam: & ha-
bet significatiōem contrariam clam: semperq; in appositione iuenit̄

sed coram magis ad personas: palam ad omnia accipitur. **Terentius** i
eunu: ho. **Si** falsum aut fictum cōtinuo palam est: **Sine** etiā & absq;
apud gracos aduerbia sunt: ut supra dictum est: quæ prædicta ratio
fecit apud latinos præpositiones putari habent conuilem signifi-
catione: quæ est negatiua: nec in cōpositione inueniuntur. **Sine** aut eti-
am uerbum est & imperatiuum: sed accentu differt quando præponi-
tur: quomodo pone: **Præposita** enim grauat utraq; syllaba: ut **sine** ti-
more: postposita penultimam acuit: ut **Virgilius in decimo**: **Se** sine
pace tua atq; inuito nomine teucrī. **Idem in primo georgicoꝝ**. **Te** si-
ne nil altum mens inchoat. **Absq;** quibusdam composita a præpositio-
ne abs & q; coniunctione uidetur: sed nunq; q; coniunctio in cōpositi-
one suam uim amittit: ut atq; neq; quoq;. Ergo quando amittit signi-
ficationem syllabica magis adiecta uidetur. Est igitur ut mihi uidet
ab abs absq; quomodo ab unde undiq;: ibi ibiq;: ita itaq; quis quisq;:
in quibus coniunctionis significatio nulla remanet. Ostendimus ta-
mē in superio. ibus q; etiam graci soleant addere de: sine aliqua cōiū-
ctionis significatione: ut **ὁδε ἢ δε τὸ δε**. **Tenus** **τὸν ἄχρῖς** significat q;
sine dubio aduerbium est. Et quis pene semper postposita inueniatur
tamen quia sine casuali non potest poni quomodo alia: quæ quis sint
aduerbia: tamen hoc ipso: q; casualibus iunguntur: præpositiones ea
esse existimauerunt. hoc quoq; inter præpositiones enumerāt: qd nō
solum ablatiuo: sed etiam genitiuo casui. **Virgilius more graco** adiu-
git ut in tertio geor. Et currum tenus amento palearia pendent. **Re-**
stant quattuor præpositiones: quæ pro uaria significatione modo ac-
cusatiuo modo ablatiuo præponuntur: in sub super & subter. In quā-
do eic uel kata si significat. i. si ad locum: uel contra demonstrat accu-
satiuo iungitur: ut in urbem uado: uel in adulterium duco. Inuenitur
tamen etiam pro ad: cum huic casui præponitur: idest accusatiuo: ut
Virg. in primo ænei. **Impulit** in latus pro ad latus. **Lucanus in tertio**
In puppim rediere rates: pro ad puppim: quādo uero **p** **εὑ** græca præ-
positione accipitur apud nos ablatiuo seruit: ut in italia: in urbē in tē-
pore. in cōpositione quoq; diuersas habet significationes q̄ in apposi-
tione. modo enim priuatiua ē: ut indoctus iniustus inutilis iniquus
impius infirmo improbo. modo intentiua: ut imprimo incuso irum-
po ipingo iniitio immitto icumbo incurro irideo **Sub** quoq; quando
ad locum habet significationem: uel pro ante: uel pro p ponitur accu-
satiuo iungitur: ut **Vir. in secūdo æne**. Postesq; sub ipsos nitunt gra-

dibus. Idem in primo georgicorum: At si non fuerit tellus fecunda
 sub ipsum Arcturum. Idem in tertio georgicorum: Sub lucem expor
 tant calathis: pro ante lucem. uel per lucem. Idem poeta in primo aene.
 idos. Vrit atrox iuno & sub noctem cura recusat: pro per nocte: quan
 do autem in loco significat ablatiuo praepositur: ut Vir. i octauo. Ar
 ma sub aduersa posuit radiantia quercu. Idem in sexto. Ibāt obscuro
 sola sub nocte per umbrā. Idem in eodē. Quale per obscuram noctem
 sub luce maligna Est iter i syluis. Omnes enim praepositiones locales
 etiā in temporibus & rebus similem habent constructionē. Quomo/
do. n. dico ad templum: sic dico ad tempus: sub diē sub iustitiam sub
 hominē & sub templo sub diē sub iustitia sub homine sub muliere. In
 cōpositione uero modo localem uim retinet: ut subeo suppono subi/
 cicio sūmitto subduco subtraho. Modo diminutiua: ut subrideo
 subtristis suffundo: mutat b in sequentē cōsonantē: quādo a c uel f uel
 g uel m uel p incipiunt ea quibus adiungit: ut succūbo succurro suffi
 cio suffero suggero summitto suppono. Super & subter contrarias ha
bent significationes: & utraq; tam accusatiuo q̄ ablatiuo coniungitur
 quibusdam tamē uidentur ablatiuo figurate adiungi: quomodo post
 & ante & circū. Virg. in sexto aenei. Ille admirans uenerabile donum
Fatalis uirgæ longo post tempore uisum. Idem in primo geor. Omnia
quæ multo ante memor prouisa reponas. Idem in quarto aenei. Anna ui
des toto properari litrore circū. Sic in sexto aenei. Sedibus optatis ge
mina super arbore sidunt: idest in gemina arbore sidunt super. Et i bu
colicis. Frōde super uiridi sunt nobis mitia poma. Et in octauo: Ferre
iuuat subter densa testudine casus. q̄ si accipiamus figurate i huiusce
 modi locis prolatis loco aduerbiorum necesse ē eas accipere: quomo/
 do & post & ante: & circum quādo cum ablatiuo inueniuntur: Super
 tamē quādo loco de ponitur. sine dubio ablatiuo iungitur. ut Multa
super priamo rogitans super hectore multa. Inuenitur tamen etiā cū
 uerbo adiuncta uel nominatiuo participii: in quo sine dubio aduerbiū
 esse ostendit: ut Virg. in prio aenei. His accēsa super iactatos æquore
toto. Et in xi. aenei. Ecce super mæsti magna diomedis ab urbe Lega/
tis responsa ferunt. In cōpositiōe quoq; iuenitur: ut superfedeo sup
uacuuus superuolo supereminet superficies: & super tamē & supra a
 supera illud p apocōpā hoc p syncopā facta sunt. Sic enim ātīqui fre/
 quēter ptulerūt & maxie Cicero in pœmatibus suis. ut in arato. Tor
uus draco serpit subter supera q; retorquens sese. Idem in eodem. Huic

supera duplices humeros adfixa uidetur **S**tella micans tali specie: ta-
liq; nitore. **A** super deriuatiua fiunt: superbus superus supremus. **C**ū
apud gracos omnes prapositiones quæ sunt decem & octo: ut supra
diximus & cōponi possunt & apponi. apud latinos quadā sunt quæ
& cōponuntur & apponuntur: ut ad ob per a ab abs de e ex ante cir-
cum contra intra post trans cis prater pro præ. **S**unt quæ nunq̄ com-
ponuntur: ut apud citra circa erga extra infra iuxta pone prope secū/
dum ultra supra: quorum pleraq; aduerbiorum uim habent: ut osten-
dimus. **S**unt quæ nunq̄ apponuntur ut di dis re se an con. **H**æc enī
sex in compositione semper inueniuntur. quæ quīs cum per se poni
non possunt separate in contextu orationis. **I**deoq; partes orationis
dici uera ratione non possunt: tamen quia uim & significationē præ/
positionum habent: & in ipsa compositione semper prapositioniua sunt
Ideo prapositionibus connumerauerunt. **E**t di quidem & dis eādē
significationem habent: quomodo ab & abs. **S**unt autem separatiua:
ut diuido diduco distraho discuro: quod apud gracos dia praposi-
tio facit. **E**t sciendum q̄ tunc dis prapponitur cum sequitur c uel f uel
p uel s uel t uel i loco consonantis: ut discum discutio differro diffido
diffundo: in quibus s in f conuertitur euphonia causa displiceo dispu-
to disperdo distitio distraho disturbo distorqueo disiectus disiungo.
Aliis uero quibuscūq; consonantibus sequentibus di prapponitur: di/
mitto diruo diduco digero diluo: & ubiq; producit di: excepto diru-
mo & disertus. **L**ucanus in quarto: **Dirimit tentoria gurgēs. Idem in**
eodem. Qui medius castris tutam dirimebat hylerdam. Idem in quī-
ro. Et non amissa diremit suffragia plebis. Virgilius in quinto. Cede
deo dixitq; & prælia uoce diremit. Iuuenalis in tertio. Didicit nam
diues auarus tantus admirari: tantus laudare disertos. Re uidetur a re-
tro per apocopam factū: sicut & ipse sensus manifestat. **R**espicio a re-
tro & spicio: reuertor retro uertor: recurro retro curro: uel ex hoc natū
esse aduerbium: quomodo ab ex extra. **S**e quoq; p dia græca præpo-
sitione separatiua est: ut secubo separo seduco. **E**st etiam abnegatiua:
ut securus sine cura. **P**ræterea seorsum fit aduerbiū a se: ut a de deorsū
a sup sursum quibusdā se a semis: q̄ separationē facit: quibusdā a secus
uidet̄ pfectū. **A**liis autē magis ea uident̄ a se præpositione esse deri-
uata. **A**m etiā $\pi\epsilon\pi\iota$ græcā præpositionē significat: ἀπλετο ἀπυτο am-
bio: in quo etiā additio b cōsonantis fuit ppter m. **C**ō pariter loco cū
prapositionis cum de ea differēbamur accipi supra docuimus.